

f. Walch III
520.
Bibliothecae
Lipsiae
P. 156.

D. Martino Luthero Otho Paech.
 Saluus sis mi charissime Martine in Domino nostro
 Jesu Christo. Legi nuper Georgii Principis Tragediam
 vel invectionem potius, ac demum tuam responsionem
 quae mihi et multis bonis maxime placuit. Eius enim
 non efficit sathan, homines non tantum aperti oculis
 coecutare, sed etiam cum ratione insanire: sic solet
 suis imponere. Tu autem brevi videbis apertam et ge-
 nainam veritatem atq; simul meam innocentiam.
 Ego nunquam duxi in animum | postquam coepit mi-
 hi splendere evangelica veritas: | unum ul hominem
 deciperem, facio quod tantam seditionem in toto Christia-
 nismo moverem. Pacare volui impiorum iram | Deum
 Opt. testor. | non irritare, seditiones paratas desegere
 non seminare, pios admonere, cautiones facere, non
 in bellum aut tumultum attendere volui. Quod autem
 res alio quam volueram processit, divinae voluntati
 permitto. Mihi autem medijs constantis omnino est
 satisfactum, quod mea infamia, maximaq; omnium
 rerum humanarum jactura | nam nihil preter
 conscientiam meam illosam habeo | tot bonos piosq;
 homines conservaverim. Caetera ex tabellariis isto
 homine probis et sacrarum literarum studiosissimis
 accipies. Vale atq; ne ama. Vale in Christo cum tota
 domo tua. Data Cassella. 23. Januarij 1528.

Inscriptis
 Reverendo patri Domino Mar-
 tino Luthero Divini verbi buci-
 natori, amico sanctissimo.
 Tuus
 Otho a Paech doct.

Oecolampadij ad Phil. Melanctonem.
 Gratia et pax a Christo. Magis absentem literis inter-
 pellare tuam humanitatem Melancton ornatissime
 haec tenet